

Articulus 6
Descendit ad Inferos.

925. – Sicut dictum est, mors Christi fuit in separatione animae a corpore, sicut et aliorum hominum; sed divinitas ita insolubiliter iuncta fuit homini Christo, quod licet anima et corpus separarentur ab invicem, ipsa tamen deitas perfectissime semper et animae et corpori affuit; et ideo in sepulcro cum corpore fuit Filius Dei, et ad Inferos cum anima descendit.

926. – Sunt autem quatuor rationes quare Christus cum anima ad Infernum descendit.

Prima ut sustineret totam poenam peccati, ut sic totam culpam expiaret. Poena autem peccati hominis non solum erat mors corporis, sed etiam erat poena in anima: quia etiam peccatum erat quantum ad animam, quia etiam ipsa anima puniebatur quantum ad carentiam visionis divinae: pro qua abolenda nondum satisfactum erat. Et ideo post mortem descendebant omnes, etiam sancti patres, ante Christi adventum, ad Infernum. Ut ergo Christus sustineret totam poenam peccatoribus debitam, voluit non solum mori, sed etiam secundum animam ad Infernum descendere. Unde *Psal.* LXXXVII,5: „Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber“. Alii enim erant ibi ut servi, sed Christus ut liber.

927. – Secunda ratio est ut perfecte subveniret suis amicis omnibus. Habebat enim amicos suos non solum in mundo, sed etiam in Inferno. In hoc enim sunt aliqui amici Christi in quantum habent caritatem; in Inferno autem multi erant qui cum caritate et fide venturi decesserant, sicut Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, David et alii iusti et perfecti viri. Et quia Christus suos visitaverat in mundo, et eis subvenerat per mortem suam, voluit etiam visitare suos qui erant in Inferno, et subvenire eis descendendo ad eos. *Ecli.* XXIV,45: „Penetrabo omnes inferiores partes terrae, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino“.

Artikel 6
Niedergestiegen zu denen in der Unterwelt.

925. – Wir sagten, daß der Tod Christi wie auch bei anderen Menschen in der Trennung der Seele vom Leibe bestand. Die Gottheit aber war so unlöslich mit dem Menschen Christus geeint, daß seine Gottheit trotz der Trennung der Seele vom Leibe auf das Vollkommenste immer sowohl der Seele wie auch dem Leibe verbunden blieb. Deswegen lag der Leib des Gottessohnes im Grabe, und seine Seele stieg zu denen in der Unterwelt hinab.

926. – Aus vier Gründen stieg Christus mit seiner Seele in die Unterwelt hinab.

Zunächst, um die ganze Strafe für die Sünde auf sich zu nehmen, um so die ganze Schuld zu tilgen. Die Strafe für die Sünde des ersten Menschen bestand eben nicht nur in dem leiblichen Tode, sondern auch in seelischer Pein. Denn die Sünde bezog sich auf den Verlust der Anschauung Gottes. Um diesen Verlust wettzumachen, war noch keine Genugtuung geleistet worden. Deswegen auch führen vor der Herabkunft Christi die heiligen Väter nach ihrem Tode in die Unterwelt hinab. Um also die ganze den Sündern zukommende Strafe auf sich zu nehmen, wollte Christus nicht nur sterben, sondern auch mit seiner Seele in die Unterwelt hinabsteigen. Daher heißt es in *Psal.* 88 (87),5: „Gezählt bin ich zu denen, die hinabsteigen in die Grube; wie ein Mensch bin ich geworden, sonder Hilfe – unter den Toten freigegeben.“ Die anderen waren dort als Sklaven, Christus aber als Freier.

927. – Der zweite Grund: Er wollte allen seinen Freunden in vollkommener Weise zu Hilfe kommen. Denn er hatte Freunde nicht nur in der Welt, sondern auch in der Unterwelt. Die Menschen sind insoweit Freunde Christi, als sie die Liebe besitzen. In der Unterwelt aber waren viele, die in der Liebe und im Glauben an den Kommenden aus der Welt geschieden waren, wie Abraham, Isaak, Jakob, Moses, David und die anderen gerechten und vollkommenen Männer. Weil Christus die Seinen in der Welt heimgesucht und ihnen durch seinen Tod Hilfe gebracht hatte, wollte er auch die Seinen, die in der Unterwelt waren, heimsuchen und ihnen, dadurch, daß er zu ihnen hinabstieg, Hilfe bringen. „Ich durchdringe alle Tiefen der Erde und suche heim alle, die entschlafen sind, und alle, die auf den Herrn hoffen, will ich erleuchten“ (*Sir* 24,45).

928. – Tertia vero ratio est ut perfecte de Diabolo triumpharet. Tunc enim perfecte triumphat aliquis de aliquo, quando non solum vincit eum in campo, sed etiam invadit eum usque in domum propriam, et auferit ei sedem regni et domum suam. Christus autem triumphaverat contra Diabolum, et in cruce vicerat eum: unde ait *Ioan.* XII,31: “Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi (scilicet Diabolus) eiicietur foras”. Et ideo ut perfecte triumpharet, voluit auferre sedem regni sui, et ligare eum in domo sua quae est Infernus. Et ideo descendit illuc, et diripuit omnia sua, et ligavit eum, et abstulit ei praedam suam. *Col.* II,15: “Expolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso”.

Similiter etiam quia potestatem et possessionem acceperat Christus caeli et terrae, voluit etiam possessionem accipere Inferni, ut sic, secundum Apostolum ad *Phil.* II,10: “In nomine Iesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium et Infernorum”; *Marc.*, ult. [XVI] 17: “In nomine meo Daemones eiicient”.

929. – Quarta ratio et ultima est ut liberaret sanctos qui erant in Inferno. Christus enim sicut voluit pati mortem ut liberaret viuentes a morte; ita etiam voluit descendere ad Infernum, ut liberaret eos qui erant ibi. *Zach.* IX,11: “Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua”. *Osee* XIII,14: “Ero mors tua, o mors; morsus ero tuus, Inferne”.

Licet enim mortem totaliter destruxerit Christus, Infernum tamen non omnino destruxit, sed momordit; quia scilicet non omnes liberavit de Inferno, sed illos tantum qui erant sine peccato mortali, et similiter sine peccato originali, a quo quantum ad personam liberati erant per circumcisionem; vel ante circumcisionem, qui salvati erant in fide parentum fidelium, quantum ad eos qui non habebant usum rationis; vel per sacrificia, et in fide Christi venturi, quantum ad adultos; sed erant ibi propter peccatum originale Adae, a quo quantum ad naturam non potuerunt liberari nisi per Christum. [...]

Sic ergo patet quod Christus descendit ad Inferos, et propter quod.

928. – Der dritte Grund: Daß er vollkommen über den Teufel triumphiere. Dann nämlich triumphiert einer vollkommen über einen andern, wenn er ihn nicht nur auf dem Schlachtfelde besiegt, sondern ihn bis in seine eigene Burg verfolgt und ihm den Thron seines Reiches und seine Burg wegnimmt. Christus aber hatte über den Teufel triumphiert und ihn am Kreuze besiegt. Deswegen ist gesagt bei *Johannes* (12,31): „Jetzt ergeht das Gericht über die Welt; jetzt wird der Fürst dieser Welt (nämlich der Teufel) hinausgeworfen.“ Um aber vollkommen zu triumphieren, wollte er ihm den Thron seines Reiches wegnehmen und ihn in seiner Burg – das ist die Unterwelt – fesseln. Deswegen stieg er dorthin hinab, nahm ihm all seine Habe, band ihn und führte ihm seine Beute hinweg. „Er nahm den Fürstentümern und der Macht die Beute weg und brachte sie vertrauensvoll herüber und triumphierte öffentlich über sie“ (*Kol* 2,14).

Ebenso wollte Christus, weil er die Macht und den Besitz von Himmel und Erde empfangen hatte, auch die Unterwelt in Besitz nehmen, nach dem Apostelwort an die *Philipp* (2,10): „Im Namen Jesu soll sich jedes Knie beugen derer im Himmel, auf Erden und in der Unterwelt.“ „In meinem Namen werden sie die Dämonen austreiben“ (*Mt* 16,17).

929. – Der vierte und letzte Grund: Er wollte die Heiligen, die in der Unterwelt waren, befreien. Wie Christus den Tod erleiden wollte, um die Lebenden vom Tode zu befreien, so wollte er auch in die Unterwelt hinabsteigen, um denen, die dort waren, die Freiheit zu geben. „Du ziehst durch das Blut deines Bundes die Deinen, die in Fesseln liegen, aus dem See, in dem kein Wasser ist“ (*Sach* 9,11). „O Tod, ich werde dein Tod sein; Unterwelt, dein tödlicher Biß“ (*Hos* 13,14).

Zwar hat Christus den Tod ganz und gar vernichtet, die Unterwelt jedoch nicht ganz, sondern nur zum Teil. Denn er befreite nicht alle aus der Unterwelt, sondern nur die, die ohne schwere Sünde waren; gleichfalls die ohne Erbsünde, von der sie persönlich durch die Beschneidung befreit waren; auch die vor der Beschneidung, die nicht zum Gebrauch der Vernunft gekommen und durch den Glauben ihrer gläubigen Eltern gerettet worden waren, und die Erwachsenen vor der Beschneidung durch Opfer und den Glauben an den kommenden Christus. Sie waren dort wegen der Erbschuld von Adam, von welcher die Menschheit als Ganzes nicht befreit werden konnte, außer durch Christus. Wird deutlich, daß und warum Christus zu denen in der Unterwelt hinabgestiegen ist.

930. – Ex iis ad instructionem nostram possumus accipere quatuor.

Primo spem firmam de Deo. Nam quantumcumque homo sit in afflictione, semper tamen debet sperare de Dei adiutorio, et in eo confidere. Nihil enim ita grave invenitur sicut esse in Inferno. Si ergo Christus illos qui erant in Inferno liberavit, multum debet quilibet, si est amicus Dei, confidere ut liberetur ab eo a quantumcumque angustia. *Sap. X,13*: „Haec (scilicet sapientia) venditum iustum non dereliquit“ et cetera, *ib. 14*, „Descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit eum“. Et quia specialiter Deus iuvat servos suos, multum debet esse securus ille qui servit Deo. *Eccli. XXIV,16*: „Qui timet Deum, nihil trepidabit, et non pavebit, quoniam ipse est spes eius“.

931. – Secundo debemus concipere timorem, et propellere praesumptionem. Nam licet Christus passus sit pro peccatoribus, et ad Infernum descenderit; non tamen liberavit omnes, sed illos tantum qui sine peccato mortali erant, ut dictum est. Illos vero qui in mortali decesserant, dimisit. Et ideo nullus qui cum peccato mortali illuc descendit, speret veniam. Sed tantum in Inferno erit quantum sancti patres in Paradiso, scilicet in aeternum. *Matth. XXV,46*: „Ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam“.

932. – Tertio debemus habere sollicitudinem. Nam Christus descendit ad Inferos pro salute nostra, et nos frequenter debemus solliciti esse illuc descendere, considerando scilicet poenas illas, sicut faciebat ille sanctus Ezechias, dicens, *Isai. XXXVIII,10*: „Ego dixi: in dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi“. Nam qui ibi frequenter per cogitationem descendit in vita, non descendit de facili in morte: quia huiusmodi consideratio retrahit a peccato. Videmus enim quod homines huius mundi cavent sibi a maleficiis propter temporalem poenam: quantum ergo magis debent sibi cavere propter poenam Inferni, quae maior est et quantum ad diuturnitatem, et quantum ad acerbicatem, et quantum ad multipliciter? *Eccli. VII,40*: „Memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis“.

930. – Daraus können wir zu unserer Unterweisung vier Lehren entnehmen.

Erstens die sichere Hoffnung auf Gott. Denn der Mensch mag in noch so großer Bedrängnis sein: Immer darf er dennoch auf die Hilfe Gottes hoffen und auf sie vertrauen. Es gibt nichts so Schweres, wie in der Unterwelt zu sein. Wenn Christus also die in der Unterwelt befreite, wieviel mehr muß dann jeder, wenn er Gottes Freund ist, vertrauen, von Ihm aus jeder Bedrängnis befreit zu werden. „Die Weisheit ließ den verkauften Gerechten nicht im Stich, stieg mit ihm in die Grube und verließ ihn nicht in seinen Fesseln“ (*Weish 10,13f*). Weil Gott seinen Dienern in besonderer Weise hilft, muß, wer Gott dient, ganz ruhig sein. „Wer den Herrn fürchtet, zittert vor nichts und erschrickt nicht, denn Er ist seine Hoffnung“ (*Sir 34,16*).

931. – Zweitens müssen wir Furcht bekommen und uns vor der Vermessenheit hüten. Obgleich Christus für die Sünder gelitten hat und in die Unterwelt hinabgestiegen ist, hat Er doch nicht alle befreit, sondern nur die, die ohne Todsünde waren. Die in der Todsünde gestorben waren, beließ Er dort. Deswegen hoffe keiner auf Verzeihung, der mit der Todsünde hinabfährt. Er wird so sicher in der Hölle sein wie die heiligen Väter im Paradies, und zwar für alle Ewigkeit. „Diese werden in die ewige Pein gehen, jene aber ins ewige Leben“ (*Mt 25,46*).

932. – Drittens müssen wir besorgt sein. Christus stieg für unser Heil zu denen in der Unterwelt hinab. Auch wir müssen häufig besorgt sein, da hinabzufahren, indem wir die Peinen dort überdenken, wie es jener heilige Ezechias tat nach den Worten des *Jesaja (38,10)*: „Ich dachte: In meines Lebens Mitte soll ich betreten der Totenwelt Tore.“ Denn wer häufig während seines Lebens da hinabsteigt, der fährt nicht leicht im Tode hinunter; denn solche Betrachtung reißt von der Sünde zurück. Wir sehen ja, wie die Menschen dieser Welt sich vor Übeltaten wegen der zeitlichen Strafe hüten. Um wieviel mehr müssen sie sich dann vor Übeltaten wegen der Höllenstrafe hüten, die in ihrer Dauer, ihrer Bitterkeit und in ihrer Vielfalt größer ist. „Bedenke deine letzten Dinge, dann wirst du in Ewigkeit nicht sündigen“ (*Sir 7,40*).

933. – Quarto provenit nobis ex hoc exemplum dilectionis. Christus enim descendit ad Inferos, ut liberaret suos; et ideo debemus illuc descendere, ut subveniamus nostris. Ipsi enim nihil possunt; et ideo debemus eis subvenire qui sunt in Purgatorio. Nimis esset durus qui non subveniret caro suo qui esset in carcere terreno: multo ergo magis est durus qui non subvenit amico qui est in Purgatorio, cum nulla sit comparatio poenarum mundi ad illas: *Iob XIX,21*: „Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me“. II *Machab.* XII,46: „Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur“.

934. – Subvenitur autem eis praecipue per tria, sicut dicit Augustinus¹: scilicet per Missas, orationes et eleemosynas. Gregorius addit quartum, scilicet ieiunium.² Nec est mirum: quia etiam in mundo isto potest amicus satisfacere pro amico. Intelligendum est tamen hoc de illis qui sunt in Purgatorio.

(Lateinischer Text: www.corpusthomaticum.org)

¹ Vgl. Augustinus, *Sermones* 172,2 (PL 38,936); *Enchiridion* 110 (CCL 46,108,24-109,29).

² Vgl. Gratian, *Decretum* P. II, causa 13, q. 2, can. 22 „Animae defunctorum“ (RF 1,728), wo Gregor VII. zitiert wird.

933. – Viertens ergibt sich für uns daraus ein Vorbild der Liebe. Denn Christus stieg in die Unterwelt hinab, um die Seinen zu befreien. Deswegen müssen auch wir den Unseren zu Hilfe kommen, die am Reinigungsorte sind. Allzu harten Herzens wäre, wer seinem Freunde, der im irdischen Gefängnis steckt, nicht zu Hilfe käme. Viel härter aber ist, wer seinen Freunden am Reinigungsort nicht hilft, denn die Qualen dieser Welt sind mit jenen gar nicht zu vergleichen. „Habt Erbarmen mit mir, Erbarmen mit mir, wenigstens ihr, meine Freunde; denn die Hand des Herrn hat mich getroffen“ (*Ijob 19,21*). „Heilig und heilsam ist der Gedanke, für die Verstorbenen zu beten, damit sie von ihren Sünden gelöst werden“ (*2 Makk 12,46*).

934. – Es kann ihnen vor allem durch drei Dinge Hilfe gebracht werden, wie Augustinus sagt, nämlich durch die heilige Messe, durch Gebete und durch Almosen. Gregor fügt ein viertes hinzu: das Fasten. Das ist nicht verwunderlich, denn auch auf dieser Welt kann ein Freund für den anderen Genugtuung leisten. So versteht es sich, daß es auch für die am Reinigungsort möglich ist.

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, *Das Credo, Auslegungen zum Apostolischen Glaubensbekenntnis. Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 3)*, München: Pneuma 2019.

Articulus 7
Tertia die resurrexit a mortuis.

935. – Duo sunt homini necessaria ad cognoscendum: scilicet gloria Dei, et poena Inferni. Nam per gloriam allecti, et per poenas territi, cavent sibi homines, et retrahuntur a peccatis. Sed haec sunt valde difficilia homini ad cognoscendum. Unde de gloria dicitur *Sap.* IX,16: „Quae in caelis sunt quis investigabit?“ Et hoc quidem difficile est terrenis, quia, ut dicitur *Ioan.* III,31: „Qui de terra est, de terra loquitur“; sed non est difficile spiritualibus, quia „qui de caelo venit, super omnes est“, ut dicitur *ibidem*. Et ideo Deus de caelo descendit, et incarnatus est, ut doceret nos caelestia.

Erat etiam difficile cognoscere poenas Inferni. *Sap.* II,1: „Non est qui agnitus sit reversus ab Inferis“; et hoc dicitur in persona impiorum. Et hoc non potest modo dici: quia sicut descendit de caelo ut doceret caelestia, ita resurrexit ab Inferis ut nos de Inferis edoceret. Et ideo necesse est ut credamus quod non solum homo factus est, et mortuus, sed quod resurrexit a mortuis. Et ideo dicitur: „Tertia die resurrexit a mortuis“.

936. – Invenimus quod multi surrexerunt a mortuis, sicut Lazarus, et filius viduae, et filia archisynagogi. Sed resurrectio Christi differt a resurrectione istorum et aliorum in quatuor.

Primo quantum ad causam resurrectionis, quia alii qui surrexerunt, non surrexerunt sua virtute, [...]; Christus vero resurrexit propria virtute, quia non solum erat homo: sed etiam Deus, et divinitas Verbi nunquam separata fuit nec ab anima nec a corpore; et ideo corpus animam, et anima corpus cum voluit resumpsit. *Ioan.* X,18: „Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam“. Et licet mortuus fuerit, hoc non fuit ex infirmitate nec ex necessitate, sed virtute, quia sponte: et hoc patet, quia cum emisit spiritum, clamavit voce magna: quod alii morientes nequeunt, quia ex infirmitate moriuntur.

Artikel 7
Am dritten Tage wiedererstanden von den Toten.

935. – Es ist dem Menschen notwendig, zwei Dinge zu erkennen: die Herrlichkeit Gottes und die Strafe der Hölle. Denn von der Herrlichkeit angelockt und durch die Strafe geschreckt, hüten sich die Menschen, zu sündigen. Diese Dinge aber sind für den Menschen sehr schwer zu erkennen. Deswegen heißt es von der Herrlichkeit im *Buch der Weisheit* (9,16): „Wer erforscht, was im Himmel ist?“ Das ist für die irdisch Gesinnten besonders schwer, denn, wie es bei *Johannes* (3,31) heißt: „Wer von der Erde ist, ist irdisch und redet irdisch“. Für die geistig Gesinnten ist es nicht schwer, denn „wer vom Himmel kommt, steht über allen“, wie es *ebendort* heißt. Deswegen ist Gott vom Himmel herabgestiegen und Mensch geworden, um uns das Himmlische zu lehren.

Es war auch schwer, die Strafe der Hölle zu erkennen. Das *Buch der Weisheit* (2,1) läßt die Gottlosen sprechen: „Man kennt keinen, der aus dem Totenreich wiederkam.“ Das kann jetzt nicht mehr mit Fug gesagt werden, denn wie er vom Himmel herabstieg, um das Himmlische uns zu lehren, so erstand er wieder von den Toten, um uns aus der Unterwelt herauszuführen. Wir müssen also notwendig glauben, daß er nicht nur Mensch geworden und gestorben ist, sondern auch, daß er wiedererstand von den Toten. Deswegen heißt es im Glaubensbekenntnis: „Am dritten Tage erstand Er wieder von den Toten“.

936. – Nun sehen wir aber, daß viele von den Toten wiedererstanden sind, wie Lazarus, der Sohn der Witwe und die Tochter des Synagogenvorstehers. Die Auferstehung Christi aber unterscheidet sich von der Auferstehung jener und aller anderen auf vierfache Weise.

Zunächst durch die Ursache der Auferstehung. Die andern, die wiedererstanden, erstanden nicht aus eigener Kraft, sondern durch die Kraft Christi [...]. Christus aber erstand aus eigener Kraft wieder. Denn er war nicht nur Mensch, sondern auch Gott, und die Gottheit des Wortes ist niemals weder von seiner Seele noch von seinem Leibe getrennt gewesen. Deswegen nahm der Leib die Seele und die Seele den Leib wieder an, sobald er wollte. „Ich habe Gewalt, mein Leben dahinzugeben, und ich habe die Gewalt, es wieder an mich zu nehmen“ (*Joh* 10,18). Er ist zwar gestorben, aber nicht aus Schwäche und nicht aus Zwang, sondern aus eigener Kraft und freiwillig. Das zeigt sich darin, daß er mit lauter Stimme schrie, da er seinen Geist aufgab, was andere Sterbende nicht vermögen, denn sie sterben vor Schwäche.

Unde centurio dixit, *Matth.* XXVII,54: "Vere Filius Dei erat iste". Et ideo sicut sua virtute posuit animam suam, ita sua virtute recepit eam: et ideo dicitur, quia *resurrexit*, et non quod fuerit suscitatus, quasi ab alio. *Psal.* III,6: "Ego dormivi, et soporatus sum, et exsurrexi". Nec est hoc contrarium ei quod dicitur *Act.* II,32: "Hunc Iesum resuscitavit Deus": nam et Pater resuscitavit eum, et Filius: quia eadem est virtus Patris et Filii.

937. – Secundo differt quantum ad vitam ad quam resurrexit: quia Christus ad vitam gloriosam et incorruptibilem: Apostolus, *Rom.* VI,4: "Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris"; alii vero ad eandem vitam quam prius habuerant, sicut patet de Lazaro et de aliis.

938. – Tertio differt quantum ad fructum et efficaciam: quia virtute resurrectionis Christi resurgunt omnes. *Matth.* XXVII,52: "Multa corpora sanctorum quae dormierant, surrexerunt". Apostolus, I *Cor.* XV,20: "Christus resurrexit a mortuis, primitiae dormientium".

Sed vide quod Christus per passionem pervenit ad gloriam, *Luc.* XXIV,26: "Nonne sic oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?" Ut doceat nos qualiter ad gloriam pervenire possimus: *Act.* XIV,21: "Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei".

939. – Quarto differt quantum ad tempus: quia resurrectio aliorum differtur usque ad finem mundi nisi aliquibus ex privilegio ante concedatur, ut beatae virginis, et, ut pie creditur, beato Iohanni Evangelistae; sed Christus resurrexit tertia die. Cuius ratio est, quia resurrectio et mors et nativitas Christi fuit propter nostram salutem, et ideo tunc voluit resurgere quando salus nostra perficeretur. Unde si statim resurrexisset, non fuisset creditum quod fuisset mortuus. Item si multum distulisset, discipuli non remansissent in fide, et sic nulla utilitas fuisset in passione sua. *Psal.* XXIX,10: "Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?" Et ideo die tertia resurrexit, ut crederetur mortuus, et ut discipuli fidem non amitterent.

Daher sagt der Hauptmann bei *Matthäus* (27,54): „In Wahrheit, der war Gottes Sohn“. Wie er aus eigener Kraft sein Leben dahingab, so nahm er es aus eigener Kraft wieder an sich. Deswegen heißt es: „Er erstand wieder“ und nicht, er sei, wie von einem anderen auferweckt worden. „Ich schlief und schlummerte und stand auf“ (*Ps* 3,6). Das steht nicht im Widerspruch mit den Worten der *Apostelgeschichte* (2,32): „Diesen Jesus hat Gott wieder auferweckt.“ Denn sowohl der Vater wie der Sohn erweckten ihn wieder, weil die Kraft des Vaters und die des Sohnes eine und dieselbe ist.

937. – Zweitens unterscheidet sich seine Auferstehung von der der übrigen durch das Leben, zu dem er wiedererstand. Denn Christus erstand zu einem Leben der Herrlichkeit und Unzerstörbarkeit. „Christus erstand wieder von den Toten durch die Herrlichkeit des Vaters“ (*Röm* 6,4). Die übrigen aber erstanden zu demselben Leben wieder, das sie vorher hatten, wie wir von Lazarus und den anderen wissen.

938. – Der dritte Unterschied liegt in der Frucht und Wirksamkeit. Denn aus der Kraft der Auferstehung Christi erstehen alle wieder. „Viele Leiber von Heiligen, die entschlafen waren, erstanden“ (*Mt* 27,52). „Christus erstand wieder von den Toten, die Erstlingsgabe der Entschlafenen“ (1 *Kor* 15,20).

Aber bedenke, daß Christus durch Leiden zur Herrlichkeit gelangte. „Mußte nicht Christus so leiden und so in seine Herrlichkeit einziehen?“ (*Lk* 24,26). Das sagte er, um uns zu lehren, wie auch wir zur Herrlichkeit gelangen können. „Durch viele Trübsale müssen wir in das Reich Gottes einziehen“ (*Apg* 14,21).

939. – Der vierte Unterschied liegt in der Zeit. Die Auferstehung der andern wird bis zum Ende der Welt aufgeschoben, wenn sie nicht einigen bestimmten Menschen aus besonderer Gnade vorher gewährt wird, wie der seligen Jungfrau und, nach frommem Glauben, dem heiligen Johannes, dem Evangelisten. Christus aber erstand wieder am dritten Tage. Weil Auferstehung, Tod und Geburt Christi unseres Heiles wegen geschahen, deswegen wollte er auch damals wiedererstehen, als unser Heil sich vollendete. Wenn er sogleich auferstanden wäre, dann hätte man nicht an seinen Tod geglaubt. Hätte er aber die Auferstehung lange hinausgeschoben, dann wären die Jünger nicht im Glauben geblieben, und so wäre sein Leiden ohne Nutzen gewesen. „Welcher Nutzen liegt in meinem Blut, wenn ich der Verwerfung anheimfalle?“ (*Ps* 30 [29],10). Deshalb erstand er am dritten Tage wieder, damit sein Tod geglaubt werde und die Jünger den Glauben nicht verlören.

940. – Possumus autem ex his quatuor ad nostram eruditionem accipere.

Primo ut studeamus resurgere spiritualiter a morte animae, quam incurrimus per peccatum, ad vitam iustitiae, quae habetur per poenitentiam. Apostolus, *Eph.* V,14: „Surge qui dormis, et exurge a mortuis; et illuminabit te Christus“. Et haec est resurrectio prima. *Apoc.* XX,6: „Beatus qui habet partem in resurrectione prima“.

941. – Secundo quod non differamus resurgere usque ad mortem, sed cito: quia Christus resurrexit tertia die. *Eccli.* V,8: „Ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem“: quia non poteris cogitare quae pertinent ad salutem infirmitate gravatus; et quia etiam perdis partem omnium bonorum quae fiunt in Ecclesia, et multa mala incurris ex perseverantia in peccato. Diabolus etiam quanto diutius possidet, tanto difficilius dimittit, ut dicit Beda.¹

942. – Tertio ut resurgamus ad vitam incorruptibilem; ut scilicet non iterum moriamur, idest in tali proposito quod ultra non peccemus. *Rom.* VI,9: „Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur; mors illi ultra non dominabitur“; et infra, 11-13: „Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius; sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes.“

943. – Quarto ut resurgamus ad vitam novam et gloriosam; ut scilicet vitemus omnia quae prius fuerant occasiones et causa mortis et peccati. *Rom.* VI,4: „Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus“. Et haec nova vita est vita iustitiae, quae innovat animam, et perducit ad vitam gloriae. Amen.

(Lateinischer Text: www.corpusthomicum.org)

¹ Vgl. Beda Venerabilis, *Super Lucam* III 8 (PL 92,437C).

940. – Daraus können wir zu unserer Unterweisung vier Lehren entnehmen.

Erstens müssen wir uns bemühen, geistig vom Tod der Seele, in den wir durch die Sünde gerannt sind, zum Leben der Gerechtigkeit aufzuerstehen, das wir durch die Buße gewinnen. Der Apostel sagt im *Epheserbrief* (5,14): „Steh auf, der du schläfst, erhebe dich von den Toten, und Christus wird dein Licht sein.“ Das ist die erste Auferstehung. „Glücklich und heilig, wer Teil hat an der ersten Auferstehung“ (*Offb* 20,6).

941. – Zweitens dürfen wir diese Auferstehung nicht bis zu unserem Tode aufschieben, denn Christus erstand am dritten Tage wieder. „Zögere nicht, dich zum Herrn zu bekehren, und schiebe es nicht von einem Tag auf den andern“ (*Sir* 5,8). Wenn Krankheit dich bedrückt, wirst du nicht bedenken können, was zum Heil gehört. Du verlierst auch durch Beharren in der Sünde deinen Anteil an allem Guten, das in der Kirche geschieht, und läufst in manches Böse hinein. Je länger der Teufel jemanden besitzt, desto schwerer läßt er ihn los, wie Beda sagt.

942. – Drittens: Daß wir zum unzerstörbaren Leben auferstehen, nämlich, um nicht wieder zu sterben, das heißt, daß wir den Vorsatz fassen, künftig nicht mehr zu sündigen. „Christus, der von den Toten erstand, stirbt nicht mehr“ (*Röm* 6,9). Und weiter unten: „So glaubt auch ihr, daß ihr für die Sünde tot seid, für Gott in Christus Jesus aber lebt. Die Sünde herrsche nicht mehr in eurem sterblichen Leib, daß ihr seinen Lüsten gehorcht. Und erweist eure Glieder nicht als Werkzeuge der Bosheit durch die Sünden, sondern erweist euch für Gott als Lebende, die gleichsam von den Toten erstanden sind“ (*Röm* 6,11ff).

943. – Viertens: Daß wir zu einem neuen und herrlichen Leben wiedererstehen, nämlich dadurch, daß wir alles meiden, was früher Gelegenheit war und Anlaß zu Tod und Sünde. „Wie Christus von den Toten durch die Herrlichkeit des Vaters auferstand, so laßt auch uns in einem neuen Leben wandeln“ (*Röm* 6,4). Und dieses neue Leben ist das Leben der Gerechtigkeit, das die Seele neu macht und zum Leben der Herrlichkeit führt. Amen.

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, *Das Credo, Auslegungen zum Apostolischen Glaubensbekenntnis. Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 3)*, München: Pneuma 2019.